

42

1542.

M. Joannes Carolus Zluticensis, Acad: Pragensis Professor Senatusque Novae Pragae protonotarius, extinctus pestilentia: etc.

Carolus hic jaceo, confixus Apollinis arcu
Dum cupio natas peste levare meas.
Quod decuit feci, Niobe mihi cedat et ipsa,
Major, quam Niobes, mens pietasque mea est;
Altera nata manet, quamvis fuit icta veneno,
Altera sed rapta est, quam sequor ipse, mihi.
Sit nomen Domini laudandum, cujus ad astra
Jam cito dulce mihi mors patefecit iter.
Dum licuit, patriae servivi, Academia testis
Est, hujusque urbis Curia dicet idem.
Zluticii genitus, sedes, sociamque jugalem
Hac habui Pragae civis in urbe Nova.
Mores, ingeniumque meum memorare, viator,
Praga potest. ipse hoc nolo referre. Vale.

15 Septemb: Matth. Col.

EPITAPHIUM.

Pestilentia Pragae magnopere grassante) vita functus e nobilis et doctus vir Johannes Orpheus a Choterina Zaterensis: professor Academiae Pragensis; sepultus in Sacello Bethleem. Scripsit complura carmine non inerudito: quorum quaedam typis excusa extant in farraginibus Boemorum studiosorum Poetices, etc.

Conditur hoc tumulo quondam Boemicus Orpheus
Qui Zaterena natus in urbe fuit:
Huic artem livens invidit Apollo canendi,
Hinc illum telo percussit ipse suo.
Christe, tuum vatem Sanctis adjunge Poetis,
Ipsum cumque sua transfer ad astra lyra. Matt. Col.

Aliud.

Praebuit Orphaeo Zaca cunas, Praga sepulchrum
Clarus ubi vates, atque professor erat

I. R. Z.
1 Octob. 1542

Deo volente proximo die hora 15 intermissam lectionem tertii libri de Animae historia continuabo, et infra hoc spacium quo haerebo in aliqua parte Universitatis, si potero tertium librum supra scriptum finiam,

Gregorius Orinus a Choczenicz
artium Doctor.

Abb. 1 zum Artikel von Mlada Holá und Martin Holý: Nachricht Nachricht über den Tod des Johannes Orpheus von Choterina und Abschrift seines Epitaphs, in dem auch seine Todesursache erscheint (NB Prag, Sign. XXIII D 217, Fol. 41v)